



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 40. Henrici VII. connubium, & Lancestriensium successionis jura a Pontifice confirmata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Secul. XV. „ Hæc propositio quoad primam su-  
A.C. 1486. „ am partem est falsa & erronea, & quo-  
 „ ad secundam est hæretica, scandalo-  
 „ sa, & piarum aurium offensiva. „

*V. Inter Advocatos duntaxat unus re-  
 peritur, qui salutem consecutus est, videli-  
 cet, sanctus Ivo.*

„ Hanc propositionem veram esse,  
 „ affirmat Facultas. „

*VI. Infernus est totus repletus Advocatis,  
 & ideo nullus timeat eo ire.*

„ Hæc propositio in se est falsa, te-  
 „ meraria, & ridicula. „

*VII. Apothecarii, Armigeri, Medici,  
 & huiusmodi homines ibunt in Paradisum,  
 si omnes diaboli vel cauda muli sui deferant  
 eos.*

„ Hæc propositio est temeraria, præ-  
 „ sumptuosa, & quia quosdam status li-  
 „ citos, in republica probatos condem-  
 „ nat, & eisdem derogat, publice re-  
 „ vocanda. „

Hæc censura a Parisiensibus Docto-  
 ribus data est tertia Novembris Anno  
 millesimo quadringentesimo octogesimo  
 sexto.

§. XL.

*Henrici VII. connubium, & Lanca-  
 striensium successionis iura a Pon-  
 tifice confirmata.*

Quamprimum Henricus VII. Angliæ  
 solium

solium recuperasset, Innocentius VIII. Sæcul. XV. A. C. 1486.  
 non modo connubium ejus cum Elifabe-  
 tha ratum habuit, verum etiam Anglis Raynold. ad ann. 1486.  
 præcepit auctoritate Apostolica, ne un-  
 quam posthac de successionis juribus no-  
 vas lites Lancastriensibus movere aude-  
 rent, cui etiam familiæ pro jure suo An-  
 gliaæ sceptrum asseruit. Data est hæc  
 Epistola anno millesimo quadringentesi-  
 mo octogesimo sexto die vigesima septi-  
 ma Martii ipsi Regi nuncupata. Aliam  
 ad eundem perscripsit, qua Regem obte-  
 statur, ut nullatenus permittat, regni  
 sui Clericos sæcularium jurisdictioni sub-  
 jici. Dubia est hujus Epistolæ dies; ad-  
 scripta quidem est septima Maji anni prio-  
 ris; ast errorem irrepsisse constat, cum  
 Henricus VII. non nisi die vigesima secun-  
 da mensis Augusti Angliæ regno restitutus  
 esset.

## §. XLI.

*Peacockus & Milvertonus in Anglia  
 a quadam Synodo damnati.*

Sub idem tempus Joannes Mortonus Labbe Col- lect. Conc. Tom. 13. p. 1466.  
 Cantuariensis Archiepiscopus, & A-  
 postolicæ Sedis Legatus quædam statuta  
 ad restaurandam disciplinam & reforman-  
 dos Clericorum mores utilia condere sta-  
 tuit; quapropter die decima tertia Fe-  
 bruarii anno Domini millesimo quadrin-  
 gente-